

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

24. Quid cendum sit de modo ministrandi illoru[m], qui in casu pestis  
absoluunt pœnitente[m] his verbis: absoluat te Christus, vel Deus te  
absoluat, vel absoluaris à peccatis tuis, vel, remitto ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## Q V A E S T I O XXIV.

*Quid censendum sit de modo ministrandi illorum,  
qui in casu pestis absoluunt pœnitentem his verbis;*

*Absolvat te Christus: vel, Deus te absoluit,*

*vel, absoluaris à peccatis tuis: vel,*

*Remitto tibi peccata: vel, Sa-*

*cramentum absoluti-*

*onis tibi impē-*

*do?*

## Quæstionis explicatio.

**C**ertum est, formam huius sacramenti  
consistere in his verbis: *Ego te absoluo:*  
quamuis & in illis tribus verbis tantum duo  
sint de essentia, *Te & Absolua*, ut (4) Sotus  
bene notauit: nam tantundem significabis  
si dicas, *Absolu te*, ac si dixeris, *Ego absolu te*.  
Potest vero in casu pestis ex nimia animi p-  
turbatione accidere, parochū non vti ver-  
bis consuetis, sed aliis atque aliis, & præser-  
tim in quæstione propositis, de quibus for-  
san non immerito quis dubitare possit, an  
modus sub illis verbis ministrandi proban-  
dus sit vel reprobandus?

*ad dist. 14. q. 4.  
art. 3.*

## Responsio.

Primo. Modus absoluendi per hæc ver-  
ba: *Christus te absolvat: est reproband⁹*. Re-

R 4 probat

a Opus. 22,

probat illum D. Thomas (a) ex professo in suis opusculis, & vocat præsumptuosum & temerarium, potuisset & erroneum appellare: nam effectus sacramenti, atque adeo actus ministri, tali forma verborum debet significari, qualis ex scriptura & vsu Ecclesiæ habetur: talis autem in proposito est illa, quæ continetur verbis indicatiui modi: (*Ego te absoluo*,) non autem illis deprecatiui, (*Christus te absoluat*.)

Secundo: Modus absoluendi p illa verba, (*Deus te absolvit*,) quæ sunt præteriti temporis videtur similiter reprobandus, & fa-

b In 4. sent.  
dist. 18. lit. F.

uere opinioni Magistri (b) Sententiarum, qui docuit per illa verba (*Ego te absoluo*), ne quaquam significari, quod ipse sacerdos absoluat à peccatis, aut remittat peccata, sed sensum esse: Ego te à peccatis à Deo absolutum esse dico: quæ opinio vel verius et ror ab omnibus reiicitur, & merito; nam pugnat cum ipsa Scriptura, & auctoritate Sanctorum Patrum, qui aperte docent, sa-

cerdote in ipsum saltem ut causam instrumentalem per sacramenti ministerium remittere peccata, idque per formam proprie significari, conformiter ad verba Scripturæ:

c Matth. 18.

d Ioan. 20.

*Quæcunq; (c) solueritis, &c. &c., Quorum(d) re- miseritis, &c. &c.* quæ proprie & simpliciter, ut sonat, intelligi debet, ut posset auctoritate sancto-

sanc*t*orum Patrum ostendi, si suscep*ta* breuitas hoc permitteret.

3. Modus absoluēdi per illa verba: (*absoluari s*tu*s à peccatis tuis*,) probari potest, & nominatim probatur à (a) Soto, quia hic modus formæ imperatiuus tantundem valet in re, quam indicatiuus, ut ex forma baptismi Græcorum colligi potest, qui ab ecclesia censentur vere baptizare, quamuis utantur verbo imperatiuo, *Baptizetur seruus Christi*.

a In 4. diff.  
14. q. 1. art. 3.

4. Modus absoluendi per illa verba, (*remitto tibi peccata*) tolerari potest, & probatur à Caietano apud D. (b) Thomam, b 3. p. q. 24. quia illa tantundem significant, ac (*absolu*-  
*te*.) art. 3.

5. Modus quoque absoluendi per illa verba; (*sacramentum absolutionis tibi impendo*) similiter probari potest, ut speciatim notauit Cajetanus, quia quod ad rem attinet, tantundem ac illa (*absoluo te*) significant.

Dices: Peccatne, qui his etiam probatis modis absoluēdi vtitur, omissa consueta ecclesiæ forma?

R. Peccat quamvis non mortifere, si ut casus ponit mutatio fiat ex inaduertentia vel perturbatione animi, posset tamen esse mortale ratione alicuius scandali, ut si inde putaret pœnitens, inquit Sot. sacerdotem sibi nolle beneficium absolutionis imp̄dere.

R. 5 QVÆ-